



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pauli Segneri Societatis Jesu Brevis Vitæ Historia
cum ejusdem Concordia Quietis & Laboris in Oratione,
Expositione in Psalmum Miserere, Considerationibus de
Inferno, Expositione Cantici ...**

Massei, Giuseppe

AUGUSTÆ Vindel. & DILINGÆ, 1707

VD18 12383155

Interpres Lectori.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47773)



Interpres Lectori!

PAUCIS te volo, mi Lector, quia multis non possum. Negat manus officium, dum mens attonita hæret seriâ æstimatione eorum quæ scripsit. **O** Peccatum! ô Infernus! O æternitas! Credit quòd sint ista Mundus Christianus: quid tamen verè sint ista, nescit, quia non perpendit, Mundus Christianus. Si seriò perperenderet, si rectè nôsset, quàm mox alius à se evaderet! Utinam hanc ego efficere mutationem possem, & claudere os illud post tantam jam multitudinem devoratam insatiabile! Fortassis aliquid eam ad rem præfens libellus conferet: eâ certè mente latinè à me est redditus. Ejusne Author sit, qui reliquorum hoc volumine operum, P. Paulus Segneri, dicere non ausim. Sic fama ferebat: sed inter Opera hujus Authoris Parmæ duobus tomis edita subinde illum non reperi. Ejus certè spiritu scriptus est, & si non ab ipso, à P. Petro tamen Pinamontio, Socio Missionum ejus individuo, nisi vehementer fallor, in lucem datus. Lege tu illum, relegere, verba

) (2

ejus

ejus singula, singulos apices perpende: spondeo, nil
 oberit: non rediget, quod nonnulli metuunt, ad insani-
 am; nisi fortè sanctam illam, quæ Sapientia est apud
 DEUM. O quàm præstat hæc legendo non peccare,
 quàm negligendo æternum, ó æternum! perire. An
 operæ non est, tantillâ molestiâ redimere calamitatem,
 quâ nulla nec tempore diurnior, nec doloribus acer-
 bior, nec omni ex parte intolerabilior potest excogitari?

Descende ergo, descende, Lector, te ipso melior
 rediturus; ne non descendendo descendas
 æternum non exiturus.



Intro-